Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

De fluxu ventris

passio de causa que solvendo flam
stringit ventrem. Utatur sepe dya
citoniton cum speciebus si sit cum fe
bre electuario de tymire quod dicemus
infra passio de dissinteria. Nu
triatur carnibus laudabilibus assis
vel elixis cum petrosilio conditis cum succo
berberis vel vino granatorum vel
agresta si cum febre fuit. Vel si sit
sine febre cum pulvere cinamomi, carda[momi],
piperis lon[gi] et croci. Bibat vinum
rubeum stipticum limphatum cum aqua de
coctionis berberis nespilarum vel
fabarum. Possunt quoque comedere risum
et lentes excorticatas quia cor
tex earum secessum conferunt et medul
la stiptica et fabas fractas
conditas cum adipe renis capri.
Et sollicitandum in cura fluxus
provenientis ab hac causa quia ut
plurimum producit corpus ad marasmum
et ethicam. Confortetur ergo virtus
retentiva membrorum cum unguento
stiptico facto ex oleo mastiscino
oleo rosarum oleo nardino oleo mir
tino cum mixtis et incorporatis cum
cera sufficienti. Vel cum ventosis
sicis positis super epar et stomacum
et spatulas et fricationibus le
nibus perdurantibus in balneo
aque dulcis tepide sine mora [...]
tempore ne virtus resolvatur et ligatu
ris extremorum et flagellationibus
levibus cutis donec rubescat et
emplastris attractivis confectis expe
rte. Curatio cum est propter causam
in febribus continuis vel interpolatis

vel nec[essari]e vel simul accident et signa et
cura habentur ex proxima causa predic
ta. Cuius cura est tenasmon et
signa eius sunt frequens appetitus
assellandi cum modica egestione
et ardore ani et cogitationis et omnia
que dicentur in signis tenasmon.
Et cura eius est cura tenasmon.

Methodus de dissinterie

Dissinteria ut est dictum est fluxus
ventris cum sanguine vel sanie vel
utroque simul. Fit igitur propter aliquam
rerum causarum propter quam contrarium est exuberantia
et plenitudo sanguinis in quantitate super corpus
totum. Ut dicit Avicenna vi de accidentibus. Et
signa eius sunt quia corpus est sangui
neum carnosum ociosum gaudens et quie
te et cibis et potibus sanguinem
multiplicantibus et iste fluxus potest
quoque accidere corpori mutilato quia
tunc virtus epatis sanguificativa quia pro
nutrimento virtutum totius corporis fuit
proportionata corpori toti nutriendo
fit excedens post amissionem membri
de truncato quare sanguis superfluus periodice
regurgitabitur ad epar et per mese
raicas ad intestina et quoque ex
purgabitur per vomitum quoque per secessum.
Et cura eius est ut non restringatur
nec superfluat et virtutem deiciat
quia est naturalis et tunc restringatur
cum ligatione forti extremorum et posi
tione ventosarum siccarum super epar
et splenem et spatulas et usu
ciborum et potuum stipticorum predic
torum et post restrictionem minoret cibum
suum. Et abstineat a vino omnino